



16. 12.





Cl 1859

38

LVMEN GENTIVM,

Quod

primo Christianorum saeculo  
Orbem Terrarum

illustravit,

*Gemino ΑΠΟΒΑΤΗΡΙΩ: Sermone.*

a. d. 15. Febr. finitis meridianis sacris,  
pie admirabitur

SCHOLA EPISCOPALIS,

curam agente

M. CHRISTOPHORO CELLARIO,  
RECTORE.

C I Z Æ

Exscripsit Fridem. Hefstädt / Ducal. Sax. Numb.  
Typographus.

mn.





EVMANGELIUM MATTHEI

INCIPIT

IN NOMINE DOMINI AMEN

IN NOMINE DOMINI AMEN

IN NOMINE DOMINI AMEN

IN NOMINE DOMINI AMEN

IN NOMINE DOMINI AMEN

IN NOMINE DOMINI AMEN

IN NOMINE DOMINI AMEN

IN NOMINE DOMINI AMEN

IN NOMINE DOMINI AMEN

IN NOMINE DOMINI AMEN

IN NOMINE DOMINI AMEN

IN NOMINE DOMINI AMEN

IN NOMINE DOMINI AMEN

IN NOMINE DOMINI AMEN

IN NOMINE DOMINI AMEN

IN NOMINE DOMINI AMEN

IN NOMINE DOMINI AMEN

IN NOMINE DOMINI AMEN

IN NOMINE DOMINI AMEN

IN NOMINE DOMINI AMEN

IN NOMINE DOMINI AMEN


IN NOMINE DOMINI AMEN

IN NOMINE DOMINI AMEN

IN NOMINE DOMINI AMEN







**A**nta diuinæ bonitatis abundantia est, ut neque sceleratissimis gentibus ἀμαρτυροῦν se reliquerit, neque perferre per vim potuerit amoris, quin præfinito tempore omnes & singulos ad æternam salutem aduocaret. Si priscis sæculis, antequam lux maxima exorta fuit; non aliud erga barbaros & gentiles beneuolentiæ signum extitisset; hoc certe abunde ad declarandum sufficeret, quod suum populum, quem ex innumeris aliis delegerat, illustrissimo Deus loco constituit, ut in centro quasi gentium habitaret, suumque colendi Numinis ritum, diuinitus acceptum, cum intuendum, tum imitandum præberet omnibus. Non itaque fabulosum putamus, quod vulgo creditur, Iudæam, aut in Iudæa Hierosolymam urbem, in medio terrarum sitam fuisse, quod diuino ita factum est consilio, ut arx illa & spes omnium gentium, unde lumen exiturum esset in nationes, medium teneret locum, quo omnibus ex æquo pateret, omnes admitteret, neminem nimiam arceret longinquitate. Græci Romanique scriptores tradiderunt, Delphos, Phocidis urbem Apollinis oraculo fanoque clarissimam, hanc medietatem, quam in Iudææ capite miramur, sibi iure quodam vindicasse. Strabo enim lib. viii de hac urbe, τῆς Ἑλλάδος, inquit, ἐν μέσῳ ἔστι τῆς σπουδαίας, τῆς τε ἐπὶ τὸς Ἰθμοῦ, καὶ τῆς ἐπὶ τὸς ἐνοπίου δὲ καὶ τῆς οὐρανόθεν. hoc est, in medio totius Græciæ, quæ ἔστι intra Ἰσθμὸν ἔξω ἐστὶν, Delphi sunt: quidam etiam crediderunt, in medio orbis terrarum esse. Et Cn. Manlius, Rom. proconsul, apud Lium lib. xxxviii, cap. 48. Delphos umbilicum orbis terrarum vocat. Vere hæc dicta sint, an secus se habeant, nostrum iam non est examinare, licet facile possimus, si gradus numeremus, qui tum Delphos inter & Gades, tum inter eandem urbem & Gangis ostia (hos enim terminos



minos posuerunt veteres) existunt. Longius enim spatium esse,  
 quod in orientem, quam quod in solis occasum vergit, manifesto  
 declarabitur. Minus autem opinio fallit, quæ Hierosolymam  
 vmbilicum terrarum orbis constituit, quod tum Ebræi, tum Chri-  
 stiani scriptores plurimi approbarunt. Ex Ebræis Davidem Kim-  
 chium sufficiat allegasse, in Psalm. LXXXVII. 3. ita commentatum,  
 היסוד נתקן לשבעה חלקים ונתקן הארץ היא ירושלים והיא  
 הארץ הנחלקת Terra habitabilis diuiditur in septem partes (cli-  
 mata voluit dicere) & in parte media est Ierusalem, & hæc est in  
 medio terræ habitate. Christianorum personam præter Hierony-  
 mum, quem post paullo producemus, Hierosolymitanus patriar-  
 cha tueatur, apud Eutyrium Tom. II. Annal. Alexandrin. p. 286. de  
 loco, quo Iacob scalam cœli per quietem vidit (quem intra  
 Aeliæ pomæria ponit) Omari Saracenorum Chaliphæ dicens,  
 وفي وسط الأرض & hic locus in medio terra. Et  
 quid opus est testibus, cum ipsæ sacræ litteræ, quæ infallibiles  
 sunt, hoc idem non dubie significare videantur? Nolumus qui-  
 dem, quod multi faciunt, ex Psalmo LXXIII. 12. fidem facere,  
 neque nobis Hieronymus (in Ezech. V. 5.) persuaserit, his com-  
 munibus verbis, operatus salutes בקרב הארץ in medio terra,  
 singulare illud beneficium exprimi, quod crucis supplicio ad vr-  
 bem Hierosolymam, quasi in vmbilico terræ, Seruator præstitit;  
 cum vel secundum Kimchium הארץ והכוררם terra ho-  
 stilis intelligi possit, in qua, vt in Babylonia, mirifice Deus suo-  
 rum liberationem operatus fuit: vel de sententia CL. viri Simonis  
 de Muis hac רְחֹסָא notetur in medio omnium, cunctis palam inspe-  
 ctantibus: nisi mauis dicere, קרב huius loci πλεονάζειν, vt  
 solenne est Ebræe loquentibus. Non, inquam, ambiguo & du-  
 bitato testimonio vtemur, cum non desit certius oraculum ab E-  
 zechiele cap. V. 5. his verbis proditum: Hæc est Ierusalem,  
 וסביבותיה ארצות, בתוך הגוים in medio gentium posui eam,  
 & circumcirca regiones. Quid enim est illud in medio gentium,  
 nisi הארץ העולם in medio mundi, vt R. Salomo; siue הארץ  
 היסוד in medio habitabilis terra, vt Kimchi interpretatus est? Iu-  
 dæis



da is Hieronymum adiungimus, ut simul causa eluceat, cur Deus populum suum ita locatum voluerit, quæ non est *אֵר טוֹב וְיָרֵךְ* aer bonus & temperatus, quod Kimchi existimat, licet hanc salubritatem facile concedamus; sed salus circumiacentium populorum serio & intimis curis experita, ut Iudæorum cum fama tum exemplo ad rectum de Deo sensum, eiusdemque verum cultum, & quæ inde oritur, æternam felicitatem cuncti mortales adducerentur. Ita autem Stridonensis presbyter, in claris Scripturæ interpretibus facile clarissimus: *Hierusalem in medio mundi sitam hic idem propheta testatur, umbilicam terræ eam esse demonstrans. A partibus enim orientis cingitur plaga, quæ appellatur Asia: a partibus occidentis, eius quæ vocatur Europa: a meridie & austro, Libya & Africa: a septentrione, Scythis, Armenia, atque Perside, & cunctis Ponti nationibus. In medio igitur gentium posita est, ut quia erat notus in Iudæa Deus, & in Israel magnum nomen eius; omnes in circuitu nationes illius sequerentur exempla: quæ gentium circa se positarum impietatem secuta vicit etiam ipsas in scelere suo. Nec est, quod quisquam rotunditatem orbis obiiciat, cuius omnes partes æquales sint, nulla media, neque extrema. Veteres enim de Terra ita senserunt & locuti sint, quemadmodum cognitum habuerunt eam coli & habitari, qui non est uniuersus orbis, sed præcipuæ ex Asia, Europa & Africa partes. Vnde Ebræis *אֶרֶץ*, Græcis *οἰκισμένη* appellatur, id est *habitata & culta terra*, quæ ut finibus suis, præsertim antiquo ævo, circumscripta fuit, ita medietatem habuit & circa eam extremitates. Illustrissimum ergo quodque opus in medio hoc perfecit Deus, illud præcipue, quod ad Filii *ἐνοσίχθων*, mortem & resuscitationem pertinebat, ut æquali cursu in omnes terras fama tanti boni peruolaret. Præclare Marcus Antonius Sabellicus Ennead. VII. lib. I. de Christo in Iudæa nato, *Natalis, inquit, terra multo aptior fuit ad id mysterium in omnes gentes propagandum, quam si remotiore aliqua mundi plaga lux illa esset orta. Est Iudæa terrarum fere media.* Quis vero non miretur divinam *Φιλανθρωπίαν*, quod hostibus suis, a quibus contumeliosissime habebatur, nunquam aditum non patere ad benevolentiam suam, ad beneficia, ad salutiferam communionem sacrorum passus fuerit? Magna & stupenda hæc indulgentia est, sed maior omnino illa, quæ  
feli-*



felicissimo aëo, quo Filii morte humanum genus redemerat, omnes mundi angulos singulosque in ius homines illustravit. Et hæc benignitas est, quam Musæ nostræ nunc pleno ore prædicabunt, idque euincere satagent, ut omnibus manifestum fiat, iam tum Apostolorum sæculo cœlestem doctrinam, quam latus & habitabilis est, terrarum orbem peragrassè. Scimus equidem, non paucos ita sentire, ut Euangelii vocem non vno sæculo omnibus gentibus, divulgatam esse, sed longo interuallo temporumque successione ad alios aliosque populos penetrassè, cum sibi tum aliis persuadeant. Ipsum Augustinum in ea sententia fuisse, ex LXXX epistola cognoscitur, qua Hesychio scripsit, *quod putat venerabilitas tua, iam hoc* (Euangelii præconium in omnibus mundi partibus) *per ipsos Apostolos factum; non ita esse, certis documentis probavi. Sunt enim apud nos, hoc est in Africa, barbara innumerabiles gentes, in quibus nondum esse prædicatum Euangelium, ex iis, qui ducuntur inde captivi, & Romanorum servitiis iam miscentur, quotidie nobis addiscere in promptu est.* Assentiuntur Pontificii scriptores magno numero, Rob. Bellarminus lib. III de R. P. cap. III. Gul. Estius in cap. X ad Rom. & Corn. a Lapide in cap. I ad Coloss. Quæ ideo tanta ambitione defendunt Iesuitæ, quod huius rei si fidem fecerint, futurum credunt, ut Antichristum nondum erupisse hominibus persuadeant. Signum enim, quod Antichristi aduentum anteeat, euangelii in toto orbe illustrationem statuunt. At vero neque nostri iam muneris est neque huius temporis, accuratius pensitare, quæ de signo hoc Antichristi afferuntur: tantummodo de Augustino monemus, eius auctoritatem, ut debet, nobis semper magnam esse, nisi quando diuinis testimoniis, vel Patrum aliorum non minoris dignitatis conuinci potest suffragiis. Hic vero causam omnino planam & expeditam habemus, cum ex oraculo dictum sit (Marc. XIII, 10) *πρῶτον*, prius fore, quam Hierosolyma euerterentur, ut prædicaretur euangelium *εἰς πάντα τὰ ἔθνη*, quod iam tum suo tempore peractum Apostolus testatur Coloss. I, 23. Consentit magnus ecclesie doctorum chorus, Chrysostomus, Hilarius, Theophylactus, Euthymius, Anselmus, Lyranus, alique permulti; qui singuli, ut Chrysostomi ore loquar, τὸ τέλος Matth. XXIII, 14. (ubi eadem, quæ a Marco, traduntur) exponunt τέλος τῆς συνέλευσεως τῶν



των ἱεραρχῶν. Recentiores, 'quamuis' possum accersere, nunc  
prætermitto, si solius Hug. Grotii calculum, quem in istum Mat-  
thæi locum coniecit, in nostrum usum apposuero. Hoc, inquit,  
impletum est ante excidium Hierosolymitanum. Quid vero dissen-  
tientibus respondemus, Augustino, Africanas gentes Christianæ  
legis ignaras: Cornelio a Lapide, Danos, Sinos, Iaponenses, simi-  
lesque vel nondum Christianos, vel sero admodum ad Christum  
perductos, obiicientibus? Dicimus, ubique prædicatum esse A-  
postolorum sæculo; non autem ubique plantatas ecclesias: aut si  
hoc quoque concedamus, num id eo valebit, ut conseruatas quo-  
que & in posteros propagatas, necessit sit asseuerare? Quis ignorat  
hominum peruersitatem, qua sæpe vel non admittunt, quæ diuini-  
tus offeruntur; vel si admiserunt, non raro posthac negligunt &  
auferri patiuntur: sæpe ipsimet expellunt ac proiiciunt. Non i-  
taque dubitamus, nationes illas, quas sero Christianis sacris imbu-  
tas historiæ tradunt, utpote Germanos, Danos, Polonos, & ho-  
rum similes, antea Christianæ rei non ignaras fuisse, quanquam  
postmodo relapsæ sunt ad pristinum deorum cultum & vanam su-  
perstitionem. Pro nobis Tertullianus (at quam antiquus scriptor  
& proximus fere temporibus Apostolorum!) ex libro adv. Iudæos  
cap. VII loquatur, *IAM credunt Christo*, inquit, *Getulorum varie-*  
*tates & Maurorum multi fines, Hispaniarum omnes termini, & Gal-*  
*liarum diuersæ nationes, & Britannorum inaccessa Romanis loca,*  
*Christo uero subdita; & Sarmatarum, & Dacorum, & Germanorum,*  
*& Scytharum, & abditarum multarum gentium, & prouinciarum &*  
*insularum multarum nobis ignotarum, & quæ enumerare minus pos-*  
*sumus: in quibus omnibus locis Christus, qui iam venit, regnat. &*  
*ex interuallo breui: Christi regnum & nomen ubique porrigitur, u-*  
*bique creditur, ab omnibus gentibus supra enumeratis colitur, ubique*  
*regnat, ubique adoratur.* Hæc si Tertulliano æuo facta, peracta  
fuerunt, quis dubitat, Apostolorum Φόρον in omnem terram  
exiisse? Verum, quod nostrates de his rebus declamaturi sunt,  
finem præloquendi facio, & id tantummodo superaddo, quod ad  
illorum causam penitus intelligendam atinet. Scilicet par disci-  
pulorum non rude neque incultum, postquam facultatem impe-  
trauit sua studia in Academiam proferendi, vltima verba de miri-  
fico

de Cirrhenans in-  
telligit Schurzfl. &  
hucus sectatores: sed  
Tertull. verbis mox  
sequentibus de  
Transrhenanis  
interpretatur;  
Germani adhuc  
vsque limites trans-  
gredi non sinuntur  
&c. Christi autem  
regnum & nomen  
ubique porrigitur



fico *lumine*, quod ad *illuminandas* Deus *gentes* proposuit, quod-  
que hoc tempore anniuersariis sacris ecclesia demirata fuit, in  
Schola nostra faciet. Qui prior dicet,

ANDREAS Kämpffe /  
Breitenbaco Cizensis,

ad id potissimum incumbet, vt Apostolorum laborem in disseminan-  
do euangelio extollat, firmisque euincat argumentis, primo  
Christianorum sæculo omnes oras & angulos cœlestis doctrinæ  
vocem personuisse. Alter

IACOBVS Weise /  
Cizensis,

quæ ex historiis, de Americanis præsertim, obiici poterant, remo-  
uebit singula. His auditores, patronos & fautores nostros, qua  
possumus humanitate, aduocamus, præsentiaque, si impetraueri-  
mus, memoriam officii & obseruantia demerendam pollicemur:  
abituris vero discipulis felices in studiis progressus & prosperita-  
tem, quæ expectationi respondeat, ex animo aprecamur. PP.  
Cizæ postrid. Idus Febr. M DC LXXXIII.





Nr 3165


88  
80

1007


1007












B.I.G.

Farbkarte #13

Blue Cyan Green Yellow Red Magenta White 3/Color Black



Bl 1859

ENTIVM,

38

um saeculo  
rarum

Ω Sermone.

ridianis sacris,  
itur

SCOPALIS,

ente

O CELLARIO,  
E.

Æ  
Ducal. Sax. Numb.

mn.

